

est, sed unde generatur. D. August. Serm. 14. de verbis Apostoli. Relinquitur ergo ex Sacramento Baptismi eam illis obtingere.

119. Quod verò hic tumultuantur Sacramentarij, nullum hoc pacto discrimen relinqui inter liberos fidelium & infidelium: si illi non statu-  
antur etiam ante perceptum baptismum, ad-  
huc in utero materno constituti, frui remissione  
peccatorum, esse in gratia Dei, & possessione  
beneficiorum Christi: id nimis est vanum & e-  
lambe.

120. Constat enim nihilominus fidelium liberis  
sua dignitas & prærogativa, si vel maximè, per  
Baptismum demùm Christo inseri perhibeantur  
Nam pertinet ad illos fœdus Dei: licet nondum  
sint in ipso fœdere Dei: hoc est, constat ipsis jus  
ad rem: sed nondum sunt in Re: patent ipsis gra-  
tia & regni Christi fores: at nondum eos sunt  
ingressi.

121. Affirmati huius ratio est isthac: Gratia fœ-  
deris nemini (ordinariam viam à Deo ipso san-  
ctam si spectes) obtingit à pœctos immediatè.

Atqui nullo prorsus medio ea ante Baptismum  
fidelium liberis communicatur. Ergo ante ba-  
ptismum etiam non sunt in fœdere.

122. Majoris certitudo suâ luce lucet: & ab  
ipsa ordinatione Dei dependet, Minor inde patet  
quia ante Baptismum, neque per verbum neque  
per Sacramenta divinorum beneficiorum gratia  
infan-